Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quod autem adiungit cypianus et dicit non tam qua aliquando errantium est iudicio semper
errandum est cum magis sapientibus et dominis iumentis congruat patefacere
et prospere veritati libenter atque incunctanter obsequi quam pertinaci
atque obstinate contra fratres et consacerdotes pro hereticis reluctari.
verissime dicit. Hec alia potest quam sibi adversatur quia resistit apertissi
me veritati. Sed pro illa quam tam multa iam diximus quantum arbitror liquido
apparet et certum est baptismum xpi nec hereticorum perversitate cum apud
eos datur et sumitur posse violari. Sed ut certum non sit saltem adhuc esse du
bium quisquis ea quae dicta sunt etiam retinens cognoverit confitetur. Non quapro
sime resistunt veritati. sed aut per manifestissima veritate certamur
sicut ego existimo. aut sicut certe posset putare quia non dum ista questionem
solutam esse arbitrantur. adhuc quorum veritatem si aliter se res habere quam
nos dicimus eadem simplicitate susciperent ab hereticis baptizatos quam
susciperebant illi quos propter unitatem cypianus ad veniam prohibere prohibuit.
Si autem baptismum xpi sicut ea quae iam multa dicta sunt indicat et non in
tegra et vera et fide sine corde quidem esse intus. nec tamen ad illum unicae
columbae membra pertinet. sine corde quia sic ad eam non pertinet ut etiam aperte
foris sint. potest esse integer quia cum illis temporibus repetebantur. eandem veni
am propter caritatem unitatis merebantur. quam meruisse propter eiusmodi
caritatem credidit cypianus eos quos sine baptismo admissos arbi
trat esse. Ista quia nulla existente causa quando quidem sicut idem cyp
ianus ostendit. mali bonis obesse in unitate non possent. se ab eidem u
nitatis caritate precidentur. locum omnis venie prodidentur. et quia per ipso sce
lere scismatis inferunt etiam si post catholicam non rebaptizent.